

fuerat effectus monachorum' eingefügt. Hier in Saint-Maixent wurde diese Vita im 9. Jahrh. in Verse gebracht¹.

Ich lasse jetzt den Abdruck derjenigen Stellen der Pariser Handschrift Lat. 17002 saec. X. folgen, welche in die Compilation C nicht aufgenommen und daher ungedruckt sind. Den Schluss gebe ich lieber ganz, da er zum grössten Theile noch unbekannt ist, durch Weglassung der Stellen, welche in die Vita C übergegangen sind, aber nur der Zusammenhang gestört werden würde.

I.

(Mabillon, AA. SS. saec. II, 689, 51)

audebat perseguere. Sanctum igitur Leudgarium iam ab oculis retraits² de exilio, et hunc asserens cum iermano suo Gaireno de Childerici morte primarium. Quam³ ob rem labia eius et faciem concava⁴ crudeliter iussit incidere ferro nec non et lingue plectrum⁵ ferro seccante auferre. Predictum⁶ vero Gairenum lapidibus iussit obprimere. Ipseque a sancto fratre comonitus, Deo gratias agendum⁷ amisit⁸ spiritum. Sanctum itaque (p. 690, 35).

II.

(Mabillon l. l. p. 691, 18)

Waningus⁹ — — martirem recognoscens, vix monasterium virginum, quod condam, Domino monente, construxerat, ei praeparare fecit ospitium, ibique ob metum fidei tam ipse quam coniux¹⁰ universique eidem quoherentes tam venerabilem exhibuerunt famulatum, quam si ipsum videre meruissent dominum Christum. Ob cuius assidua praedicatione omnem deposuit¹¹ superbie feritatem, et orationibus eius adiutum, ita cum suis in Dei timore est devotus effectus, ut quasi ex bestia agnus fuisset mutatus. Ubi dum (p. 691, 25).

III.

(Mabillon l. l. p. 693, 9)

ultra ab eis repertum. Dum querentes puteum, errassent frustrati¹² et ob hoc eum morassent percutere, interim Dei martir passus est orationi incumbere suoque transitu Domino comendare. Imminentibus vero percussoribus, coepit utrisque per spiritum prophetiae futura praedicare. Unus enim ex illis ab antiquo hoste succensus, ad¹³ hoc perpetrandum nimium erat cupidus; alter vero mansuetudinis habens spiritum, tremens deprecabatur ei, ne super ipsum redderet vindictam. Ille vero utrisque respondit, dicens: 'Tu quidem, qui invitus compl'es mandata, statim confitere sacerdoti peccata tua priora et penitendo etiam hanc poteris evadere culpam'. Alteri namque

1) Herausgg. von Traube in Mon. Germ. Poetae, tom. III, p. 5 ff.
 2) 'retrai' A. 3) 'Quam — auferre' etiam C habet. 4) ita C 2; 'concavia' A. 5) 'plectum' pr. m. A. 6) 'Preditum' pr. m. A. 7) m. al. corr. 'agendo' A. 8) m. al. corr. 'emisit' A. 9) 'Waingus' A. 10) 'convixit universaque' A. 11) 'disposuit' A. 12) 'fructati' pr. m. A. 13) 'ab' A.